



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

Erbermann, Veit

Herbipoli, 1661

Cap. VI. De necessitate Operum ad salutem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9498

verè fideles liberos nihilominus esse credimus à Iustificatione per legem quærenda à condemnatione eius expectanda, ab exactionis eius rigore & terrore? & hac libertas illa est, quam Pontificii, ex iustitia sua presumptione & intolerabili gratia contemptu, recusant oblatam. Resp. Nulla hic Bellarmini, sed Amesii calumnia reflexa est atrocissima, non tam in Bell. quàm omnes Catholicos. Itaque I. Vel Amesius loquitur de se & pauculis sibi adherentibus, & sic deserit Lutherum & Calvinum, (quorum verba locis suprà assignatis à Bell. recitata, sunt solis radio scripta:) vel calumniatur Bellarminum apertissimè, tanquam falsò tribuentem Lutherò & Calvino eorundemque discipulis, quod ipsi conceptis verbis docuere. *Sola Fides necessaria est*, ait Luther, *cætera OMNIA liberrima, neque præcepta amplius neque prohibita &c.* Similia habet Calvin. I. c. Anne etiam ista, suo more, interpretari audeat. Quod liberica effrons? At quis tam fungus, ut falsimoniam non palpet & calumniam? His ergo commentis & calumniis explosis, vera Libertas Christiana ex Evang. & Apostolicis literis, tribus in rebus sita est; in libertate à peccato, & morte, à iugo Legis naturalis atque moralis, quâ fitur Lex nobis non dominetur tanq. servis imminens flagello, sed ut imperet liberis, non adimendo Legi vim obligandi, sed addendo hominibus Charitatem illam libenter implendi, iuxta illud Apostoli: *non estis sub Lege, sed sub Gratia: iusto non est lex posita &c.* Sub Lege enim dicitur esse, qui à Lege agitur ut servus; in lege est, qui secundum legem agit ut liber. Neque his habuit quæ opponeret Amesius.

CAPVT SEXTVM.

De necessitate Operum ad salutem.

Adver.

Cap. 6
Adve

non sint nece
ut non habe
sint merita,
cimus opera
salutem, etia
litem, merit
Operibus non n
habeant relatio
tem (ut loquu
disponentis ad j
menti confirma
ulla opera nostr
& salutis. Ver
dò Veritati, s
modo enim
esse effectus
dispositiones
piscendam,
ditionis ad ha
Catholica. n
tionata, certè
si quis salvus
suis admittit C
alia enim sunt,
Resp. Vt dem
hominem po
ex India vene
conditio inve
promissoris pr
talem & meri
versali contrar
vita æterna in j
ex conditione
tante.] Q
victores notant

Adversarii in eo conveniunt ut opera bona non sint necessaria, nisi necessitate praesentiae, ita ut non habeant ullam relationem ad salutem quasi sint merita, causae, conditiones &c. Nos autem dicimus opera bona homini iusto esse necessaria ad salutem, etiam ratione efficientiae, quia efficiunt salutem, meritorie scilicet & moraliter. Amesius ait, se Operibus non negare omnem relationem ad salutem; cum habeant relationem adiuncti consequentis & effecti ad salutem (ut loquuntur) adeptam, & adiuncti antecedentis ac disponentis ad salutem ad piscendam, atque etiam argumenti confirmantis fiduciam ac spem salutis, sed negamus ulla opera nostra causam esse posse meritoriam iustificationis & salutis. Verum e mentis illae relationes non modo Veritati, sed sibi ipsis quoque repugnat. Quomodo enim bona opera huius vitae libera possunt esse effectus salutis aeternae? aut qui possunt esse dispositiones ad iustificationem aut gloriam ad piscendam, & tamen non habere relationem conditionis ad hanc? Probatum ergo absolute Veritas Catholica. 1. Si promissio vitae aeternae est conditionata, certe necessarium est implere conditionem, si quis salvus fieri velit. Sed verum prius. Ergo Amesius admittit Conclusionem, sed negat efficientiam operum: alia enim sunt, inquit, conditiones praeter causam efficientis. Resp. Ut demus, esse aliquas tales conditiones extra hominem ponendas, ut si dicat promissor, Si navis ex India venerit, donabo tibi centum aureos: at si conditio involvat actiones liberas in obsequium promissoris praestandas, quis neget efficientiam mortalem & meritoriam? Nimis falsum est & praxi universali contrarium, quod addit Amesius: [Promissio vitae aeternae in sese non suspenditur ex operibus, tanquam ex conditione vitam efficientem, sed viaturos notante.] Quid, quae, est haec conditio viaturos notante? nonne posuit tenebras latibulum suum?

suum? II. Si iustus non est liber ab obligatione Legis divinæ, nisi eam impleat, non salvabitur. Sed verum prius. Ergo. Amesius negat Sequē am. Eadem enim ratione, ait, concludere libet neminem salvari posse, qui vel minimum peccatum veniale admittit: Talis enim longe non implet, Sed libet quidem ita ineptē concludere Amesio non tamen ideo licet; quia vel illa conditio (Si vis ad vitam ingredi serva mandata.) intelligitur de præceptis tantum sub mortali obligantibus; vel si intelligatur de impletione conditionis, qua nihil maculatum quavis labe veniali admittitur ad vitam æternam, impletur satis si lapsus veniales ante ingressum cœli deleantur.

II. Probat ex Hebr. 10. 36. ubi Patientia dicitur necessaria, ut reportemus promissionem, i. e. in relatione ad salutem. Patientia autem est actus virtutis distinctus à Fide. Amesius frustra concedit relationem, & negat meritoriam, ut ex dictis patet. Flagitiosa autem Quodlibeticæ actus est, cum ait liquidum apparere ex contextu, patientiam istam esse nihil aliud, quam constantiam in fiducia. Ita Quidlibet ex quolibet liquidum fit! Similiter perseverantia in dilectione & Sanctificatione 1. Tim. 2. 14. dicitur necessaria, sine qua mulier salvari non potest. Hic sanè est conditio onerosa liberè à muliere ponenda, ut salvetur, ac proinde meritoria. Et efficientiæ huius moralis explicita mentio fit in illo Phil. 2. 12. Salutem vestram operamini. Ridiculè Amesius negat efficientiam operi, concedit operanti. Nonne operans efficit ut Quod, opus ut Quod? Similiter dicitur 2. Cor. 10. Tristitia operatur pœnitentiam in salutem stabilem. Ergo pœnitentia efficit salutem stabilem, meritorie & moraliter, ubi universaliter dictum est de promissione sub conditione actus honesti liberè ponendi, qui sine dubio meretur rem promissam; quod maximè verum est in patientia tribulationum, quæ pondus æternæ gloriæ operatur iuxta 2. Cor. 4. 17. Et cum Rom. 8. ait Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. &c. illa collatio passionum ad glo-

gloriam, & declarat, esse quirendam illam Amesius, Non re nullam tali operamini excessum nisi solum infirmitatē committit multiplicem libenter fatentem dem operis ex fuitas ad salutem fessio fit ad salutem possidete regnum luculenter ostendit causam æternam hardina vel conclusis, aut tantum memorari. Opera bona habetius substituuntur tionem? Omnis missum est prævia &c. ad hoc omnis universi toria & meditatio affirmare liquis Dux, mihi non deberi opera sunt tantum pueriles ineptiæ.

III. Probatrum dissimulatio pro Nobis; aut certe.

IV. Probat, & opera non sentit, ut fructus

gloriam, & excessus unius ad alterum, manifestè declarat, esse aliquam vim in opere patientiæ ad acquirendam illam gloriam. Falsum est, quod ait Amesius, *Negationem illam paritatis manifestè declarare nullam tali operi vim causæ meritoria inesse.* Ex hoc enim excessu præmii supra dignitatem ipsius meriti solum infertur, non esse meritum ex rigore iustitiæ commensuratum præmio, sed intervenire multiplicem & magnam liberalitatem DEI, quod libenter fatemur, ut cap. seq. magis patebit. Eadem operis externi (supra fidem internam) necessitas ad salutem evincitur ex illo Rom. 10. *Ore confessio fit ad salutem: & ex Matth. 25. Venite benedicti & possidete regnum; Esuri vi enim, &c.* ubi ratio redditæ luculenter ostendit, opera bona esse aliquo modo causam æternæ salutis. Effugia Amesiana & Gerhardina vel coincidunt cum superioribus jam præclusis, aut tam inania sunt, ut vix mereantur commemorari. Quid enim est aliud cum contendunt, opera bona habere se *ut via ad finem*, nisi phrasis alterius substitutio, quæ facilius patitur æquivocationem? Omne opus liberum honestum cui promissum est præmium, sine dubio est causa, medium, via &c. ad hoc obtinendum. Anne ergo quia non omnis universim VIA habet se pariter ut causa meritoria & medium efficax, etiam in præsentī negotio affirmare licebit? Hac insulsi tate probaret iniquus Dux, militibus suis cruoris & vitæ suæ prodigiis non deberi promissum præmium, quia heroica opera sunt *tantum via*, non causa meritoria. Apage pueriles ineptias!

III. Probationem ex XII. Testimoniis SS. Patrum dissimulavit Amesius, fortè quia nimis aperta pro Nobis; aut quia noluit apertè ipsis contradicere.

IV. Probatur Ratione, quia si Fides sola salvet, & opera non essent necessaria nisi ratione præsentis, ut fructus & signa Fidei; sequeretur Fidem salva-

salvari posse etiam si careret omni bono opere, & conjuncta esset omnibus vitiis & peccatis. Hoc autem consequens est manifestè falsum. Ergo. Negat Amesius Sequelam Majoris hypotheticæ, quam ait manifestè falsam, eò quod supponere Fidem vivam conjunctam omnibus vitiis & peccatis, sit fingere Fidem simul vivam & mortuam; & fingere hominem cum omnibus vitiis & peccatis salvatum, sit fingere, hominem cum perditione salvari. Resp. Chimæram hinc agnoscimus nos Catholici, sed protrusam à cerebro Luthe- ro Calvinico, non à nostro. Fides illa specialis & sola Luthe- ro Calvinica est viva, ut supponitur ab ipsis; est & mortua, quia ipsa existens SOLA sine co- operatione Charitatis just. fiat. Hinc ita argui- mus: Actio quæ sola ponit absolute effectum, non potest exigere coexistentiam cujuscunque alterius actionis. Atqui Fides Luthe- ro Calvinicorum potest sola ponere absolute effectum Iustificationis. Ergo eadem non potest exigere coexistentiam Cha- ritatis. Major patet inductione; nec unquam da- bunt adversarii aliquam instantiam, extra calum hinc controversum. Et ratio à priori evincit intentum. Ad quid enim actionis præsentia sine efficientia conducet? Quid proderunt laboranti sexcenti spe- ctatores otiosi? Adde, quicquid sit, An à parte rei, fides possit ab operibus separari, vel non; saltem ra- tione separari posse, clarissime evincit Bell. (nec pro- vocatus diffidetur hoc Amesius:) Cum enim ipsi dicant, Fidem & Opera habere se ut causam, & ef- fectum, ut arborem & fructus, ut ignem & calorem; quidni ergo intelligi possit causa sine effectum, arbor sine fructu, prius sine posteriore? Vnde verissima est illa hypothetica, Si Fides sola salvaret, id præstaret, etiam si bonis omnibus operibus esset vacua, & cum omni genere peccatorum conjuncta. Gerbar- dus nihil novi hinc profert nisi quod Th. 30. & 42. fla- gitiose affingit Bellarmino distinctionem Lutheri- cam inter necessitatem præsentis & efficietis. puri- ter verò ab infantibus arguit ad adultos, th. 21. & 28.

CAPVT

CAPV
De

Hæretici
possibilem ho
Legem DEI
bilem per aux
Charitatis in
Amesius. Nos
homini, Adam
non iis qui in Ch
inchoatam tanta
gratia in ista vit
observent, Nos
facile & parvo
Bell. c. II. Hæ
Amesius, sed
ad rem nostra
stus impeccab
coelis perfectè
versia (princi
quoad omnes
ligantes) coll
videtur inten
Vtrum homin
possint ita Leg
rum (sive sing
non modò ne
verè iusta dici
tendunt aper
de libert. Chr
Calvinus l. 3.
cis 15. 21. tit. d
laudabilia opera
Quod Opus M
arbitrio, cap.
invisum libellu
te, sed Canon